

1511. u. 18. Octobris.

Sigism: 1. Rex Polon: Theloneatori
Cracoviens:

Miramur, cum satis plane lucideque Vobis scri-
batur, informationesque dentur, quod non intelli-
gatis, que Vobis mandantur, tametsi tua Fidelitas
fuerit circa consultationem, cum diserebatur de fa-
cienda ista prohibitione, ne quis in Vratislaviam
& Nesium negociandi causa commearit, tamen
& specialibus Lris tuam Fidelitatem informavimus
pluries, quomodo tua Fidelitas se circa huiusmodi
prohibitionem factam habere Debeat. Scripsimus
enim, quod tua Fidelitas provideat, ne quis Regni-
colar extra Regnum tam in Nesium, quam in Vra-
tislaviam negociandi causa ire permitteret. Exce-
pto hoc, cum aliquis de Tuae Fidelitatis scientia
& assensu iret ad repetenda debita sua, sed tam
Nesia, quam Almaniis & Bohemis Moravisque
[preter Vratislaviens:] indulgimus in Regnum ne-
gociandi causa cum quibuslibet rebus et mercibus
[Vratislaviens tamen mercibus omnino exceptis:]
ingressum, permittimusque & permittimus, ut in
locis dudum consuetis in Regnum ingredienti pre-
fati alienigenae negotiationes suas libere solute sol-
vendis exerceant. Ita tamen, quod nihil secum fe-
rant Vratislaviens mercium sub amissione suorum
omnium bonor. Hoc autem Nostratibus indulsi-
mus, et in presentiar indulgenus, ut saltem hoz
ves et plumbum extra Regnum vehant, excepta
tamen Vratislavia. Et indulgenus etiam, ut pro

profectis
D

prefatis mercibus Carios & quascunque res ac-
cipiat. Nris vero mercatoribus volumus, ut
licet præter Vratislavienses omnibus extraneis ven-
dere quascunque res et merces suas ita tamen,
quod per hoc Nra nova et vetusta Telonea non
fraudentur. in Nundinis vero quibuscunque Ses-
siae et ceteri mercatores præter Vratislavienses
cite poterint emere pecora et pecudes solutis sol-
vendis. In Prusiam vero et Masoviam Nris
non est negandus Transitus. Depositoria vero in
Civitatibus quibusdam sunt instituta ob eam rem,
non ut vetent hospites alienigenas progredi cum
mercibus suis ad loca dudum consueta, sed ob
eam rem, ut mercatores, qui extra Regnum ire
consoverunt, non ulterius vadant, quam ad lo-
ca Depositoria, et ibidem res suas modo exerce-
ant et vendant, quo possunt meliori. De alijs ve-
ro rebus tuam fidelitatem isthuc venientes feli-
citer informabimus. Interea vero tua fidelitas
faciat diligentiam de congreganda pecunia.
Dado 18. Octobris. 1511.